



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Bona inde profecta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Bona inde  
profecta.*

*Quare Collo-  
quia talia  
Religioni  
inutilia.*

dogmatum Fabros discrepantia, ac dissensionibus minus præcipites fore populos ad ruinam: multos etiam ex inductis respecturos constantiam veritatis, seq; Ecclesiæ sanctæ reddituros. Deinde sacri Imperij ordines, si perpendere vellent. Ad Colloquij, liquidò cognituros, quam petulantiam Hæretici se, quam præfractè, impudenterq; gessissent: vnde ex facili cõstaret cum eiusmodi moribus nequaquam habitare castitatem, bonitatemq; doctrinæ neq; conscientiæ fiduciam statim. Postremò plane tandem compertū, exploratumque fore, nullam per ea colloquia concordiam sperari posse. Quippe, vbi dissensio dogmatum est, vt consensus fiat, necesse est vel altera pars sua decedat sententia, in alteramque concedat quod Orthodoxorum fidei nefas est, ne veritatem prodant: Sectariorum vero cum intolerabile superbiæ, tum insuperabile peruiaciæ, ne victi, domitiq; videantur. Vel vtraque in medium quiddam, aliquantum de suo gradu mota, conueniat, quod item salua pietate cõmitti nequit. Nam & quicquid de vano cultu relinquant, & quicquid de vero demas, perinde in religionem peccas. Atque hæc imprimis est causa, cur vel irrita

semper